

IOANNES MILICHIUS SENATOR FRIBVRGENSIS.



Ioannes Friburgi Brisgaudie honestis parentibus prognatus, & à teneris annis unà cum fratre Iacobō in literis optimè institutus fuit. In ijs cum aliquo usq; progressi essent, Ioannes literarum laudem fratris reliquit, atq; ipse aliud uitæ genus politicū inire cœpit. Cum autem naturali facundia & rara animi prudentia esset insignis, in eo uitæ genere conspicuus extitit, & in senatum patriæ cooptatus fuit. Itaq; Ioannes singulari diligentia res sibi commissas diligenter expedituit, atq; suæ patriæ utilis ciuis extitit. Hoc modo is etiamnum egregiè pergit, atq; ut omnia secundum æquam iustitiæ formam administrantur, prouidit. Vnde is non modò à ciuili, ue-
rūm etiam eius loci Academiæ Republica plurimū ob uitutes amatetur &
prædicatur, ut dignus fuerit uisus, qui hoc loco bonis Germaniæ in-
colis connumeretur. Anonym.